

ETHICO-POLITICA.
EMBLEMA LXIX.

Quiescat.



LXIX.

Somnum ne rumpe leoni.

Define sopito somnum turbare leoni,
Ne fias auctor funeris ipse tui.
Dum iacet extentus, patulâque sub arbore dormit,
Secura in silvis cetera turba manet.
At si fortè canum resonet latratibus æther,
Deserat & pulsus lumina fessa sopor,
Exiliet, repetetque fremens & concitus irâ
Cum multo somni fœnore damna sui.
O qui tranquillam quæris traducere vitam,
Tutâque fœcundæ munera pacis amas;
Alterius dulcem caueas turbare quietem,
Præsertim si te fortior alter erit.

Nec